

Hos publica renunciatione baccalaureos creavit dns. mgr. Iacobus Lottgehn Lobensis v. Calendas Iulii. Solverunt singuli solvenda.

Juni 27.

Examinatores circa ferias Exaltationis crucis:

Sept. 14.

N 148'.

mgr. { Mauricius Steinmetz decanus
Paulus Bussinus Saxo
Leonhartus Lycius Bavarus
Hieronymus Zienaus Misnensis
Sigismundus Pruferus Polonus,

quibus subiecti duodecim probarunt suam eruditionem et progressus in bonarum literarum studiis:

Michael Eschenbach Lipsicus	Ioannes Notthoff Hildeshemius	
David Henicke Aldenburgensis	Venceslaus Gesner Cadanus	
Ioannes Puschman Camitianus	Halvardus Svenonis Svecus	
Melchior Am Waldt Francus	Augustinus Brun Annaemontanus	10
6 Bonifacius Corona Iphovensis	Iacobus Schores Glogoviensis	
Hieronymus Mulman Grimensis	Balthasar Schutz Annaemontanus.	

Hos bonarum artium baccalaureos pronuntiavit publica renunciatione doctissimus vir mgr. Leonhartus Lycius Francus Idibus Octobris.

Oct. 15.

Satisfecerunt hi quoque singuli solutione statutis communitatis nostrae.

Resignavit locum in facultate dns. mgr. Bernhardus Rascher XIII. Calendas Augusti. Juli 20. In huius locum se recipi petiit mgr. Michael Barth, cuius ex decreto facultatis facta est inspectio. * Et responsum deliberaturam de receptione facultatem ad proximam electionem clavigerorum. *

1556 Wintersemester. 295. Decan Leonhard Wolf von Hilpoltstein.

N 149.

Anno¹⁾ a salutifero Iesu Christi partu millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto VI. Idus Octobris designatus est decanus collegii philosophici summa omnium voluntate Leonhartus Lycius, optimarum artium et philosophiae magister, in cuius semestri magistratu studia ita fuere administrata, ut est ordine deinceps annotatum.

Oct. 10.

I.

Executorum munere perfuncti sunt una cum decano viri optimi et optimarum artium magistri Simon Gerth, Hieronymus Zienaus et Georgius Luders.

II.

Clavigeri fuere una cum decano viri optimi et optimarum artium magistri Donatus Zolner et Maximus Geritz.

¹⁾ In C sind für dieses Decanat zwei Seiten leer gelassen, aber nicht ausgefüllt worden. In N über der Einleitung Ζω θεφ.